Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& de Stephano Barcello. 196

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

Laines accepit : qui rem denique mihi aperuit. 195 Eo ipſo in loco fluctuabatur Sociorum vnus, deque mutando vitæ genere ſecum deliberabat, anceps, vtrum duorum præſtaret, apud anachoreten, qui in ſuburbano incolebat, degere : an cum IGNATIO plurium ſaluti conſulere. Iam eius conſilij capiendi, ad hominem adibat: cùm ex itinere, monſtris, ác neſcio quibus ſpectrorum laruis exterritus, ad IGNATIVM continuò recurrit. Qui, arcano ſocij diuinit⁹ perſpecto: ſubintranti MODICÆ, inquit, fidei QVARE DVBITASTI? Atque iis illi verbis, omnis fuit dubitatio exempta. Nam propoſitum deinde tenuit, atque ad extremum ſpiritum perſeuerauit. 196 Romæ Stephanus etiam Baroellus homo Italus, recens in ſocietatem adſcitus, vitæ iam

ſuæ

ſuæ deſperabat, ob pertinaciam infeſti morbi, medicis adeò ipſis conclamantibus. Abit IGNATIVS, & pro eo litare ad S. Petri in Promontorio feſtinat. Comitabar tum, vt ſæpe, & facienti miniſtrabam. Omnibus peractis, gratijſque more habitis, ille mihi; Stephanus, inquit, noſter non occumbet. Vidimus confeſtim ægro melius eſſe; eumque dein' conualeſcere; poſt in terram Luſitaniã, poſt in Italiam redire, multoſque annos in Societate ſuperſtitem ſancte degere. 197 Doctorẽ Arrouiram nobilẽ virum, & Barcinone clarũ, paucıſq; ab hinc annis Catholici Regis legatum, narrare mihi nemini, quam familiariter IGNATIO vſus fuerit. Et obuiam eum, inquit, Romæ ab Ara Cæli habui, manu literas geſtantem (quas Franciſcus Borgia dederat, Gandiæ dux, & pro Rege

Cata-